



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Laudatur à Præposito Borgia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

enim duce Christo, non minus, quàm inferiorem
 alium esse pariturum. Sancte admodùm Romanos
 Patres affecit rarum id specimen subiectæ adeo,
 atq; obsequiosæ mentis. Borgia sensum animi sui
 declaravit his verbis.

Eudatur à
 Præposito
 Borgia.

Qua ratione usus es, Pater, in Provincialis o-
 nere deponendo, ea nobis summe probata est;
 valdeq; tam illustri exemplo commoti excitatiq; su-
 mus. Nimirum ita posuisti; uti gesseras. Nam
 patientia tanta, qua per annos quatuordecim eam
 sarcinam pertulisti, inter continuos administrati-
 onis domesticæ labores, nunquam prætermittendo
 alia Instituti propria ministeria, tantus Zelus, in-
 tegrilas, prudentia cumulate & Præpositus ante
 me, & mihi fecerant satis, & multum edificationis
 præbuerant. Et quanquam novus Provincialis,
 & univèrsi de Prouincia ista, aliisq; vicinis meritò
 habere debeant te loco Patris, eiusq; Patris, qui cū
 de ipsis, tum de cuncta Societate in Germania præ-
 fertim, meritis optimè sit, tamen alacritatem, &
 humilitatem qua obedientiam ipse nouo Præposito
 defers cum gaudio vidimus. Quippe talibus do-
 cumentis fieri nequit, quin commoneantur pluri-
 mum ii, qui tandiustua sub disciplina, ditoneq; sit-
 erunt,

erunt, tantoq; amplius confirmant voluntates suas ad obtemperandum quam absolutissimè Præpositis suis. Iam hinc intelligis quam nihil sit, cur commissorum in eo munere, quam petis, pœnam expectes. Quin adeò mihi de Deo Domino spes est, largè eum labores remuneraturum, quos in ea procuratione suscepisti & sanctos, & fructuosos.

Hæc ad Canisium Borgia. Idem Hoffæum admonuit, tametsi P. Canisius sub potestate eius, uti spontè subdiderat se, esset futurus, tamen meminisset reuereri talem virum, & ubiq; veluti Patrem tractare: consiliumque eius in grauioribus rebus exquireret. Ceterùm duo hæc documenta eximiæ & prorsus ad purum excoctæ virtutis Canisius dedit hoc tempore. Primum tanti æstimauit re vera, ex animiq; sententia beneficium hoc otij sibi, & vacationis concessæ, ut sæpius reputaret secum, & apud Præsides quoque profiteretur, nunc maximè animū sibi ad custodiam suimer, curamq; conuocandum esse, idque eo præsertim faciendum (quod plane fecit) ne ingratus beneficio, ac tempori videretur. Deinde Obedientiam

*Humilitas
Canisij.*

Obedientia.

1 2

& ver.